

palnam et manum. *Caer. Ep.* I. II. c. XXI. n. 6.

Dignior Canonicus paratus candelam pulchre ornatam et osculatam dat in manu Episcopi, quam pariter osculatur. *Ibid.* c. XVI. n. 8.

Primus Sacerdos de choro sive Vicarius sive Dignitas sive Canonicus candelam cum debita reverentia osculatam dabit in manu Celebrantis. *Ibid.* c. XVII. n. 2.

Ad dubium: An dignior de Clero, a quo Celebrans in diebus Purificationis, cinerum et palmarum recipit candelam etc., debeat accedere ad altare cum stola, et an ipse debeat genuflexus sicut alii vel stans inclinatus recipere candelam etc. et osculari manum Celebrantis? S. C. resp.: Sine stola et cum genuflexione et osculo manus. n. 3710 ad 6 die 14. Febr. 1705.

Ad dubium: An prima Dignitas Collegiatae B. V. M. Olivae Vivamanensis, quae adhuc non est Sacerdos, in bened. candelarum etc. ministrare debeat Sacerdoti celebranti candelam etc. vel potius similes actiones ad secundam dignitatem Sacerdotem, praesente in choro supradicta prima Dignitate, pertinere debeant?

S. C. resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. n. 4469 ad 4 die 10. Sept. 1796.

Prima Dignitas dat candelam Episcopo in festo Purificat. B. V. M. et Episcopus det statim primae Dignitati ante Vicar. gen. S. R. C. 14. Junii 1608.

Dignior de Clero accedat ad Celebrantem stantem in suppedaneo eique candelam porrigat. n. 4236 die 22. Decbr. 1753.

Vd.: *Purif.* (Modus accip. etc. — Clerus, decr. 30. Aug. 1664; *Ordo accip. etc.* — Clerus, decr. n. 523).

20) In quibus Ecclesiis benedictio candel. facienda?

Vd. p. 921. n. 13.

Benedictio et distributio candelarum et palmarum regulariter potest fieri in omnibus Ecclesiis tam Colleg. quam Parochial., tam saecul. quam regular. S. R. C. 28. Apr. 1607.

21) Translatio.

Vd.: *Februarius; Purif. B. V. M.* (Missa).

Occurrente festivitate Purificationis B. V. M. in dom. *Septuagesimae* non fit Officium de Purificatione, nisi in Ecclesiis titularibus (*dedicatis Purificationi*). n. 461 die 1. Sept. 1612.

Festum Purif. B. V. M., quando occurrit in dominicis privilegiatis, nisi sit titulus Ecclesiae, quoad Officium et Missas in sequentem diem transferendum esse. n. 2961 ad 1 die 9. Aug. 1681.

Vd.: *Translatio festi 2. cl. in dom. privileg. cadentis*, decr. n. 4175.

Quando festum Purificationis occurrit in aliqua dominica 2. cl., ejus Officium transferendum est in feria 2. immediate sequentem quamvis impeditam, translato ab ea quocumque alio festo, ne continuatio Mysteriorum dominicae Incarnationis diu protrahatur. n. 4181 ad 2 die 7. Maii 1746.

Vd.: *Festum ss. Cordis Jesu* (ut festum privileg., decr. n. 4579 ad 5 nota).

Idem in *decreto generali* n. 4197 die 20. Julii 1748, sed cum clausula: *Quocumque festo etiam aequalis non tamen altioris ritus in eam feriam incidente.*

Ad dubium: Juxta rubr. Breviarum et S. R. C. Decreta festum Purificationis B. M. V., si inciderit in aliquam ex dominicis privilegiatis, transferendum est in fer. 2. tamquam in sedem propriam, translato quocumque festo

etiam aequalis non vero altioris ritus in eam incidente. Queritur: utrum in illis locis vel Ecclesiis, ubi die 3. Febr. occurrit festum dupl. 1. cl., festum Purificationis transferendum sit in diem 4. Febr. tamquam in sedem propriam vel ulterius transferendum in primam diem non impeditam?

S. vero C. rescribendum censuit: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Atque ita rescripsit et servari mandavit.

N. 5151 ad 1 die 7. Sept. 1850.

Ad dubium: In festo Purificationis B. M. V. ante Missam legitur haec rubrica: *Si hoc festum venerit in dominica Septuagesimae, Sexagesimae et Quinquagesimae, fit tantum benedictio et processio, et Missa dicitur de dominica, Missa autem festi transfertur ad sequentem diem.*

Quid nomine *sequentis diei* in hac rubrica foret intelligendum, nullum potuit exoriri dubium, donec dies 3. Febr. non nisi a festo simplici fuit occupata. Ast postquam pro multis dioecesibus praedictae diei affigi coepit festum duplex vel semiduplex, tunc non immerito dubitatum fuit: utrum pro die sequenti intelligenda foret ipsa dies 3. Februarii, quamvis impedita: an potius prima dies post eam vacua a festo duplici vel semiduplici.

Cui dubio S. R. Congregatio, ut occurreret, generale decretum edidit Urbis et Orbis die 20. Julii 1748, quo ita cavit: *Quando ejusmodi casus intervenerit, Officium Purificationis esse transferendum ad fer. 2. immediate sequentem, quocumque festo etiam aequalis non tamen altioris ritus in eam incidente.*

Et ita servandum mandavit, quando festum Annunciationis B. M. V. occurrat in dominica privilegiata. Quod si in hebdomada majori vel paschali,

tunc Annunciationis Officium pariter cum privilegio in fer. 2. post dominicam in albis voluit transferri. Atque hoc decretum generalibus calendarii romani rubricis adjici praecipit.

Quum itaque hoc decretum juxta mentem Sacrae Congregationis adjici debeat rubricis generalibus, quaeritur: an in praedicta Missalis Romani rubrica verba: „in sequentem diem“ commutandae sint cum hisce verbis: *In feriam secundam immediate sequentem, quocumque festo etiam aequalis non autem altioris ritus in eam incidente?*

S. C. R. resp.: Affirmative.

Eandem ob causam quaeritur: An ante missam Annunciationis B. M. V. sit nova rubrica adjicienda, qua privilegium hujus festi annuncietur ad formam praecitati decreti Urbis et Orbis diei 20. Julii 1748?

S. R. C. resp.: Affirmative.

Quum autem idem privilegium et sub eadem clausula, ut generalibus calendarii romani rubricis adjiciatur, hoc vertente anno fuerit a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX. decreto Urbis et Orbis diei 24. Maii tributum festo Conceptionis B. M. V., quaeritur: an similis rubrica huic quoque festo sit adjicienda?

S. R. C. resp.: Affirmative.

Die 25. Sept. 1860.

PURIFICATIO CALICIS.

1) Locus.

Vd.: *Calix.*

Ad dubium: An pro abluendis vino et aqua pollicibus et indicibus in secunda purificatione post communionem debeat Sacerdos e medio altaris versus cornu Epistolae recedere?

S. C. resp.: Serventur rubricae pro diversitate missae.

Die 22. Julii 1848.

s. particulis, ad sinistram Subdiaconus cum patena. Finita communione Diaconus reposito vase super altare, si particulae remanserunt, illud cooperit et consignat alicui Presbytero parato cum stola et cotta seu pluviali, qui illud

sub baldachino, si commode fieri potest, praeuentibus Clericis cum intortitiis et aliquibus de Clero comitantibus portat ad locum, ubi asservatur SSnum.

Caer. Ep. l. II. c. XXIX. n. 3. 7.

QUADRAGESIMA.

I. Dominica.

Vd.: *Patronus civitatis* (decret. pro civitate Brixien.): *Dominicae*.

QUADRAGINTA MARTYR.

Assignandam esse certam sedem Officio quadraginta Martyrum, diem scilicet 10. Martii, idemque in novis Martyrologiis canendum. n. 2013 ad 3 die 22. Nov. 1659.

Quid mutandum in missa de ss. MM.? vd.: *Missale* (Correctio D. n. 21).

QUAESTUATIO

1) Confraternitatum.

Ad dubium: An PP. Carmelitae Aquen. possint quaestuationem facere pro Confraternitatibus in eorum Ecclesiis erectis?

S. C. resp.: Negative.

Die 19. Maii 1708 ad V.

2) In Ecclesia.

Vd.: *Pauperes*; *Stipend.* (quaestiuatio in eccles.).

Eleemosynas peti per Ecclesiam, dum Divina celebrantur Officia, prohibuit S. Pius V. *Constit.* 5. §. 5., et *Clemens XI.* injunxit prius Praedicatori-

bus in Quadragesima anni 1703, ut populo annunciarent, majoris esse meriti sibi gratius non dare eisdem eleemosynas in Ecclesiis sed vel in januis earundem vel alibi. Deinde vero intelligens adhuc continuari tales abusus die 11. Julii 1703 fecit promulgari et affigi in solitis locis Urbis et in Ecclesiis tam saecul. quam reg. sequens edictum: „Riconoscendosi, che tutto cio non sia stato bastante ad impedire le suddette questuazioni, la Santita di N. Signore etc. espressamente proibisce a tutti i fidei dell' uno e dell' altro sesso di qualsivoglia stato, grado e condizione, il dare limosina di qualsivoglia somma, benchè tenuissima a Mendicanti in qualunque tempo dentro le Chiese, avvertendo che quelli che in esse faranno a poveri la limosina, non solamente per cagione delle sopra espresse circostanze, non faranno atto meritorio, ma faranno positivamente colpevoli, per avere benchè indirettamente cooperato all' irriverenza delle Chiese, ed ai disturbi e distrazioni delle preghiere, ed orazioni de' divoti, ed anche per aver trasgredito li premurosi comandamenti di S. Sandita, che hanno per unico oggetto la riverenza, il decoro e la quiete che per divin precetto sono dovuti ai Sagri Tempi.“ Quod fuit confirmatum in Edicto Card. Carpinei Urbis Vicarii 20. Jan. 1705 §. 8. in

fine, ut refert per extensum *Monacel.* tom. 2. tit. 13. fol. 34. primae impress. Romae, ibi: „Siccome anche è l'intenzione di N. S. dichiarata nell' ultimo Editto, in cui si proibisce ad ogni fedele dar nelle Chiese limosine a' poveri.“ Et iterum confirmatum fuit die 3. Augusti 1716 a Cardinali Caracciolo Pro-Vicario, necnon a Cardinali Paracciano Vicario die 23. Sept. 1718, quando fuit etiam idem Edictum ampliatum multipliciter.

3) Infra Exposit. SS. Sacramenti.

Ad dubium: An PP. s. Dominici liceat sine licentia Episcopi quaestuire per Ecclesiam tempore, quo recitatur ss. Rosarium vel quo adest expositum expensis Confraternitatis ss. Rosarii SSnum pro 40 horis?

S. C. C. resp.: Affirmative.

Die 30. Martii 1715.

QUARTA FUNERALIS.

1) Quando Cathedrali debetur?

Quarta Parochialis debetur Ecclesiae Cathedrali vel praescriptione vel ex eo, quod illam sibi reservavit, quando Parochiae fuerunt erectae in signum Superioritatis. *Rota* part. 1. recentior. decision. 376. n. 2 et 3., *Riccius* resolut. 299. n. 4. et alii.

Differt Ecclesia Cathedralis ab aliis Ecclesiis quoad acquirendam praescriptionem exemptionem a solutione quartae funerariae; Cathedralis enim Ecclesia quadragenaria acquirit exemptionem a solutione quartae funerariae. Caeterae vero Ecclesiae indigent memorabili vel centenaria ad hanc acquirendam exemptionem. *Rota in Barchinonen. Jurium Parochialium* super quarta et oblationibus 9. Julii 1732 §. 4. cor. clar. mem. *Aldrovand.* Capitulo Colleg. Canfalonis de Urbe

Decreta authentica. Tom. II.

(habenti jus parochiale) debetur quarta ex funeralibus, quae fiunt tam prima die post tumulatum cadaver quam septima die in Ecclesia Societatis B. V. M.

n. 3758 ad 6 die 22. Jan. 1707.

Eidem Capitulo debetur quarta candelae et cerei, quae apponuntur in funere, non autem quae dantur prae manibus.

Ibidem ad 7.

Volaterrana.

(Conc. Tr. c. 13. sess. 25. De ref.)

Supremum cum obiisset diem Florentiae de anno 1709 Philippus Guidus Nobilis Volaterranus Aulicus Magni Ducis Hetruriae, praevia sepulturae electione in Ecclesia PP. Minor. Conventualium s. Francisci Volaterrarum, fuit exinde ejus cadaver Florentia delatum ad Ecclesiam praedictam exceptumque a Patribus privatim et sine pompa. Verum insequenti die a delatione cadaveris fuerunt a Patribus, eo praesente, instantibus defuncti propinquis, concelebratae exequiae cum Castro doloris, numerositate luminum ac pompa funebri. Cum autem Patres omnem ceram, quae circa feretrum superfuit, appropriaverint ad beneficium eorum Ecclesiae, praetensionem ex adverso excitavit Capitulum Ecclesiae Cathedralis subnixum ass. consuetudine antiquissima sibi deberi quartam partem totius cerae praedictae ardentis tam circa cadaver quam super altaribus, dummodo tamen quodlibet lumen excedat pondus unciarum quatuor, quam quidem quartam Episcopalem nuncupare solent praetensam scilicet ex funeribus eorum, qui ubicunque decedentes in aliis Ecclesiis saecular. vel regularibus etiam extra Parochiam Cathedralis fuerint sepulti; qua de re Patres praedicti recursum

2) Utrum existente penuria vini in purificatione calicis adhiberi possit tantum aqua?

Vd.: *Vinum* (pro purif. etc.).

PURIFICATORIUM.

1) Benedictio.

Purificatorium benedici non debet. n. 4526 ad 26 die 7. Sept. 1816.

2) Materia.

Vd.: *Paramenta* (materia, decr. n. 4563).

3) Quo loco ponendum?

Ad dubium: An purificatorium poni debeat super pedem calicis, dum praeparatur, vel potius super patenam?

S. C. resp.: Relinqui arbitrio Sacerdotis. n. 4526 ad 29 die 7. Septbr. 1816.

PURITAS B. V. M.

De ejus transl. vd.: *Maternitas B. V. M.* (decr. n. 4594, 5114); *Festum B. V. M. de Pace* (decr. n. 5182); *Rosarium* (transl., decr. n. 5213).

Romana.

Quum diversae circumferantur opiniones circa translationem Officii Puritatis B. M. V. Clero saeculari Urbis concessi, quin in decreto appareat facultas illud transferendi, quando dom. 3. Oct. praepeditur alio Officio potioris ritus, S. R. C. de sententia requisita in Ordinariis Comitibus ad Quirinale hodierna die coadunata, omnibus mature perpensis, rescribendum censuit: „In casu esse omittendum eo anno simili in occurrentia juxta decretum Lycien. diei 25. Sept. 1688 ad dub. III. ...“

N. 4769 die 8. Aug. 1835.

PYXIS.

1) Benedictio.

Vd.: *Bened.* (supellect.); *Vasa s.*

2) In Commun. fidel.

Vd.: *Communio*; *Pyxis* (Quando tegenda?)

3) Expos. SSmi in pyxide.

Vd.: *Velum SSmi*; *Completorium* (tempus, decr. n. 4534 nota); *Expositio SSmi publ., sollemnis et privata*; *Genuflexio coram SSmo in pyxide exposito*; *Instr. Clem. §. XXXVI.* n. 2 etc., 11—26; *Pluviale* (In Expos. et Repos. etc.).

Ad dubium: An consuetudo in Expositionibus minus solemnibus in throno collocandi sacram pyxidem et deinde cum ea benedicendi populum possit licite observari, non obstantibus Ecclesiae prohibitionibus toties renovatis?

S. C. resp.: „Non esse locum.“
N. 4748 ad 4 die 23. Maii 1835.

Ad dubium: An Sacerdos, quando benedicit populum s. pyxide, debeat illam totam cooperire extremitatibus veli oblongi humeralis, quemadmodum jubet Rit. rom. in delat. viatici, non tamen post viaticum, sed alia in occasione?

S. C. resp.: Deberi in benedicendo populo cum sacra pyxide illam totam cooperire extremitatibus veli oblongi humeralis.

Die 23. Febr. 1839.

Ad dubium: Utrum expositio et benedictio cum ciborio absque thurificatione, quam ex opinato tantum *Gardellinus* (Instr. Clem. §. XXXVI. n. 25) post *Cavalerium* requirere videtur, et cum 4 solummodo luminibus pro more earundem Germaniae dioecesium celebrari valeat?

S. C. resp.: *Congruentius thurificationem adhiberi*; *quoad lumina vero saltem sex accendendae sunt* ex decr. S. C. Ep. et Regul. diei 7. Dec. 1602.

Die 7. Maii 1857 dub. XI. 6. *Limb- burg.*

4) Furtum.

Vd.: *Hostia* (furtum).

Fur pyxidis in ciborio, in qua servatur SS. Eucharistiae Sacramentum, spargens particulas in ciborio, bene et valide fuit ab Episcopo extractus ab Ecclesia, et causa remittitur ad s. Officium. S. C. Immun. in Lucana 2. Decbr. 1681 lib. 2. decr. Altov. p. 2290; et quatenus S. C. s. Officii renuat procedere in hac causa, Episcopus procedat ipse juxta suas ordinarias facultates. In eadem 23. Jan. 1682 lib. 3. decr. Altov. part. 8.

Fur pyxidis cum indecenti projectione SS. Sacramenti in Terram, mandante Sanctissimo, cum istud sit crimen laesae majestatis divinae et haeresis, consignatur a curia ecclesiastica, in cujus sortiis existit, Curiae saeculari condigne puniendus. Eadem S. C. Immun. in Syracusana 6. Aprilis 1692 lib. 1. decr.: Paul. p. 132. Et sic statuit etiam Innocentius XI. Constit. 1. incipiente: *Ad Nostrae Apostolatus auditum.*

Mandatur Archiepiscopo, ut extrahat a loco immuni furem sacrilegum pyxidum a tabernaculo ac retineat in carceribus ecclesiasticis, etiam adhibita particulari custodia, conficiat processum ac transmittat. Eadem S. C. Immun. in Neapolitana 22. Jan. 1697 lib. 2. decr. Vallent. p. 71.

Furans vero pyxidem seu vas sacr. gaudet immunitate eccles., si tempore furti non extet in pyxide SS. Eucharistiae Sacramentum. Eadem S. C. in Squillacen. 26. Maii 1632 lib. 2. decr. Paul. p. 128.

Si quatenus constet particulas repperas apud furem sacrilegum non esse consecratas, fur restituendus est Ecclesiae, de rebus vero furto sublati Episcopus disponat prout juris. Eadem S. Congr. Immun. in Eugubina

3. Febr. 1673 lib. 1. decr. Altoviti p. 895.

Fur rerum sacrarum et signanter pyxidis, sine tamen particulis, pacifice et quiete degens in loco furti gaudet Immunitate; sed annuente Sanctissimo condemnatur ad poenam extraordinariam exilii. Eadem S. C. Immun. in civitatis Castellanae 10. Junii 1681 lib. 1. decr. Altov. p. 2204.

Item furans in Ecclesia argentea et alia pretiosa B. M. V. oblata de rigore non privatur Immunitate, ex licentia tamen Sanctissimi potest puniri poena Triremium. Eadem S. C. Immun. in Placentina 21. Novbr. 1635 lib. 3. decr. Paul. p. 264.

5) Materia.

Sanctissimum teneri non debet in vasculis eburneis sed in pyxide argentea intus deaurata. S. C. Ep. die 26. Julii 1588.

Vd.: *Pyxis* (quando teg.?).

Praeparentur particulae in vase aureo vel argenteo saltem intus deaurato. *Caer. Ep.* l. II. c. XXX. n. 3.

6) Quando tegenda vel detegenda infra missam?

Portatur ad altare per Subdiaconum vas argenteum vel aureum cum multis particulis coopertum, quod Diaconus collocat ante crucem, et cum Celebrans dicit: *Suscipe etc.*, discooperit illud et aliquantulum elevat ac statim reponit super altare et cooperit; et cum Celebrans profert verba consecrationis, Diaconus illud detegit et post consecrationem cooperit. Dicto: *Indulgentiam etc.*, relicto cornu Epistolae Diaconus vadit ad cornu Evangeliae et capit... pyxidem coopertam et discooperit. Et Episcopus firmat se in medio altaris, illi renes vertens, ad cujus dexteram stat Diaconus cum